

2318 [=4742] Allifis una cum fastis (n. 2319) repertae tabulae duae marmoreae infractae cum tertiae frusto exiguo, fastis simillimae scriptaeque iisdem litteris minutis quae in eis cernuntur. Frustum periit, tabulae duae servantur cum fastis MART. TRUTTA. Hodie Neapoli in museo publico. Est pars fastorum publicorum nundinas fortasse enumerans, ad exemplum Grut. 436, 1.

<i>fr. primum:</i>	<i>fr. alterum:</i>	<i>fr. tertium:</i>
b ENVENTANIS	ATINATIbus	ALLIFANIS
NVCERINis	INTERAMNAtibus	CEREATIS
i VCERINis S APVLIS	TELESINIS	
s VESSANIS	SAEPINATIBVS	
5 c a LENIS	PVTEOLANIS	
SVLANIS	ATELLANIS	
sin /ESANIS	CVMANIS	
caia TINIS	NOLANis	

Recognovi. Trutta communicavit per Fr. Pertusium cum Martorello, qui de ea re ad Gorium scripsit symb. dec. II vol. 2 p. 135 (ubi ait repertos esse tres lapides in quibus recenserentur populi XXXIII, ab *Ariciniis* (sic) usque ad *Nolanos* citatque II, 7. 5. 6) et edidit in theca cal. p. 451 (inde Donat. 332, 5. 429, 4); ipse Trutta edidit ant. Allif. p. 54 supplementis ab antiquis litteris non discretis. Fiorelli cat. n. 449. Est in vol. I p. 299. Orelli 130.

I, 7 SINVESSANIS Trutta. — 8 CALATINIS Trutta. — II, 2 fin. A hodie deest. — 4 SEPINATIBVS Trutta. — 8 NOLANIS Trutta. — Fragmenti III memoria ore hominum videtur tradita, quare Martorelli refert CEREATIS (nempe Marianis) ante ALLIFANIS.

2320 fastorum eorundem frustum alterum, a cuius altera parte fragmentum est n. 2332. Allifis rep. in fundamentis domus q. d. *Cancellaria vecchia* una cum Herma bicipite, quem dono mihi datum ab amico quodam Allifano intuli museo Berolinensi. Fasti antea servati Allifis in curia iam sunt Capuae in museo Campano.

Aug. 9	F	SOLI · INDIG · IN colle quir. fer
		QVOD E · Vicit c. caesar phars
10	C	
11	E	
12	H PR C	HERCVLI · INVICTO ad circ max
		V · V · H · V · V · FELICITATI in theatro pompeii
13	A E I D N	F · IOVI · DIANAE
		VORTVMNO · IN AVENTINO · HERCVLI
14	B XIX E	INVICTO AD PORT · TRIGEMINAM · CASTORI
		POLLVCI · IN CIRCO · FLAM · FLORAE · AD CIR
15	C XIII C	MAXIMVM
16	D XVII C	
17	E XVI P O R T N	F E R
		PORTVNO · AD PONTEM · AEMILIVM
18	F XV C	IANO · AD THEATRVM · MARCELLI
		DIVO · IVLIO AD FORVM
19	G XIV V I N F	F · IOVI

2319 [=4741] Allifis rep. a. Iul. 1750 in ruinis ecclesiae S. Salvatoris, emit Trutta et muro infingendam curavit in hortis suis Neapolitanis al *Capodichino*. Hodie Neapoli in museo publico.

Iul. 23	IN LVDI	B	Aug. 22
	for · AE · NEPTVNO	C X	
24		D IX C	23
25	R NP LVDI	E IIX OP	24
	for · AE · FVRRINAE	OPICON	25
26		F VII C	26
27		G VI VOIT	27
28	Iudi in circo	H V C	28
29	IUDI IN CIRCO	A I	29
30	Iudi IN CIRCO FORTVNAE · HVIVSCE	D	30
	IN CAMPO		

Descripsi utrumque fragmentum (Aug. 9. 10 et Aug. 11—19) ad lapidem. Maius edidi ad ectypa missa mihi a Matth. Aug. Visco 27 Iun. a. 1876 in *Ephemeride epigr.* vol. 3 p. 85. Ab eodem acceptum ed. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1876 p. 102. Coniuncta prodierunt *Comm. di Caserta* 1876 p. 68 seq. Aug. 9 post E videtur omissa esse certe D littera.

Recognovi. Ioseph. Antonini ad calcem litt. Matth. Aegyptii ad Langletum ed. 1750 (in posteriore ed. deest; repetivit Zaccaria *stor. lett.* II p. 536 a. 1751); aeri incidit Trutta ad p. 139 optime. Foggini fast. p. 103 habuit praeterea ab episcopo Allifano Franc. Sanseverinio. Minervini *Inscr. mus. Borb.* p. 139 suppl. n. 12. Fiorelli cat. n. 448. Est in vol. I p. 299.

Iul. 30 c litterae vestigium superest. Adscriptio non videtur aliter posse restitui, quamquam hanc aedem fuisse in campo Martio aliunde non constat. Antoninius legit FORIVNAI · REDVC interpolans. — Aug. 25 male P aperta pro M vel N fracta accepta est; OP... recte Fogg.